

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot**

**Stahl, Daniel**

**Jenae, 1662**

Regula II. Quod est diuturnius & stabilius, magis est eligendum, quam id, quod est minus tale

**urn:nbn:de:bsz:31-102400**

*Quod est diuturnius & stabilius, magis est eligendum, quàm id, quod est minus tale. Aristoteles I. Top. c. I.*

Vel:

*Quò quid diuturnius est, eò est præstantius.*

I. Ita bona animi præstare bonis corporis & fortuna, vel inde probari potest, quod illa firmiora sint & durabiliora, propterea, quod magis sint in potestate nostrâ, hæc autem minus stabilia, quod extra nos & casui magis obnoxia sint. Ita Studiosus si majorem temporis partem libris & studiis liberalibus tribuit, præferendus est iis, qui studiis parum, aliis autem rebus plus temporis impendunt.

II. Possumus eodem modo argumentum hoc accommodare rebus malis. Nam *malum diuturnius detestabilius est eo, quod est minus diuturnum.* Et hanc etiam ob causam æterna damnatio omnibus aliis malis pejor est, hoc ipso, quod æterna est. Ita Aristoteles asserit, illiberalitatem esse majus malum prodigalitate: quod vel inde patet, quia est diuturnior, vel, ut Aristoteles ibi loquitur, illa est *curat* & incurabilis, hæc verò *curat* i. e. facile curabilis.

III. Verùm obijci hîc potest: *I. Si diuturniora*

niora &  
set præst  
pillus præst  
est. sosen  
bonum. qu  
veniat, ni  
se possit.

IV. E  
simplicite  
& autorit  
tis in præ  
tabilitas &  
exceditur  
non exced  
stantius q  
querens h  
præstanti  
te homo  
sum exce  
ne. II. A  
diuturno  
nens per  
do sanita

V. Bre  
lius cæter  
diuturni  
tate & co  
& perfect  
querens r



*niora & stabiliora essent præstantiora, quercus es-  
set præstantior homine, & quovis abjectissimus la-  
pillus præstantior rosâ; sentire item præferendum  
esset scientia. II. Sanitas est nobilior & majus  
bonum, quam euectia cum hæc nunquam nobis con-  
veniat, nisi illa adsit, hæc autem deperdit à illa ad-  
esse possit.*

IV. Ex hisce igitur certum est, non posse nos  
simpliciter ex diurnitate de majori præstantiâ  
& autoritate judicare. Dicimus cum Dd. Vene-  
ris in præsentem locum Aristotelis: quod est du-  
bilibus & firmius, esse præstantius I. si id, quod  
exceditur tempore sive duratione aut firmitate,  
non excedat in aliquo alio, quod sit majus aut præ-  
stantius quàm id, in quo exceditur. Hinc ergò  
querens homine, lapillus rosâ, & sentire scientiâ  
præstantius bonum non est, quia natura, quâ par-  
te homo quercum, rosa lapillum, & scientia sen-  
suum excedit, est præstantius & nobilius duratio-  
ne. II. Nisi contingat, ipsum diurnius in minus  
diurno contineri; includens eam sive conti-  
nens perfectius est quolibet incluso. Et hoc mo-  
do sanitas non est præstantior euectia.

V. Breviter puto dici posse: diurnius esse me-  
lius cæteris paribus, aut, si aliàs id, quod est minus  
diurnum, sit melius. Ita si duo ædificia in boni-  
tate & commoditate sint paria, id quod stabilius  
& perfectius est, alteri longè præferendum est. At  
quercus non est præstantior homine, quia in cæ-  
teris



teris homo & quercus non sunt paria, sed præcisâ duratione, homo longè nobilior est.

## REGULA III.

*Desiderium boni imperfectioris cessat acquisitò perfectiori.*

I. Ex eò, quòd acquisito bono perfectiori cessat desiderium boni imperfectioris, probare quidam conantur, *materiam, quando est sub formâ nobiliori, v. g. hominis, non appetere ignobiliorem, v. g. lapidis, & sic tollunt appetitum materia universallem.*

II. Sed sciendum est, appetitum esse duplicem, *elicatum & innatum.* Ille est actus secundus, quo aliquid fertur in bonum (sive apparet illud sit, sive reverâ bonum) præcedente cognitione, quæ vel est intellectus, & sic appetitus est actus voluntatis; vel sensus, & sic appetitus est actus appetitus sensitivi, qui in brutis etiam reperitur. Hic autem, nempe appetitus innatus, nihil aliud est, quàm ipsa potentia naturalis, quatenus capax est suæ perfectionis, sine ullâ præcedente cognitione: sicut materia dicitur appetere formam, quam non cognoscit, quatenus ejus, tanquàm perfectionis suæ, capax est.

III. Jam dico, præsens effectum intelligendum esse de appetitu seu desiderio non innato, sed elicitò. Desiderium elicatum ex cognitione oritur, sicut diximus. Quia igitur cognitio potest variari & cessare, ideò & desiderium cessare & mutari potest.

potest.  
bat affectu  
derium.

acquisita  
rioris ni

apprehen

vandâ, v  
bit Gabr

um verò  
nihil ali

specu pe

mutari p

privata

teria, cù  
ignobili

diu est su

est in ma

ut rectè f

IV. V

specu be

cesset, ac

qui inop

lerudine

tandam

tem, qu

manet a

fectius a

gentum